

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

**341**

**1159/03/05.**

*O presbítero Cresconio Muñiz dóalle ó mosteiro de Toxos Outos as súas herdades nas vilas de Suevos, Burgueiros e Sorribas.*

B.- Tombo, f. 105v.

**Testamentum Cresconii Muniz de hereditate de Soeuos et de villa Coytura et de Subribas.**

Quoniam testamentum in vita firmiter cum robatur, et cetera. Ea propter ego Cresconius Munionides et sacerdos qualiscumque uitam in melius mutari cupientes atque arcem religionis Deo auxiliante contingere in loco qui uocatur Sancti Justi constructo in honorem beatissime Dei genitricis Marie seu beatissimi confessoris Christi Benedicti cuius normam ipso opitulante sumere disposui, do et concedo huic iam fato loco iure hereditario de hereditatibus meis sicut infra notabimus porcionem meam villa Soeuos et de villa Cuitura et de villa Subripas quantum in his habeo de auolencia quomodo et de ganancia vt habeat eas monasterium omni tempore et dominetur eis prout melius uiderit nec mihi amplius in eis ullum dominium habendi promitto sed permaneant omni tempore supradicto monasterio. Istan uero hereditates omnes habent jacenciam in territorio Trasmonte concurrentes ad aulam Sancte Marie de Trasmonte justa se currente aqua Tamaris cum exitibus et regressibus atque omnibus adjunctionibus et loca atque autem termina intus et foris ubicumque eas potuerit inuenire habitatores supradicti monasterii euo perpetuo quod mihi ualde complacuit. Quod si quisquam potens homo uel inpotens magnus seu paruus, parens uel etiam non parens, longincus propinquus quod fieri ulli homini est in possibile quis fuerit prius sit maledictus ac postmodem excommunicationi multetur et ab ecclesie Christi separetur quoisque in hac malicia indurauerit et insuper hereditates iamdictas in duplo monasterio restituat et pro ausu temeritatis a parte pulsantis uoce sine contemptu solidos CC reddat.

Facta siquidem solemptni testacione seu donacione sub era M<sup>a</sup> C<sup>a</sup> LX<sup>La</sup> VII<sup>a</sup>, die tercio nonas marci.

Ego iamdictus Cresconius Munionides in hac testacione manus meas roboro.

Q. p. f.: Petrus, ts. Pelagius, ts. Arias, ts. Cresconius, presbiter, conf. Munio, conf. Didacus, conf. Petrus, conf.

Martinus qui notuit.